



BOLETÍN DEL CLERO

DEL

OBISPADO DE LEON

SECRETARÍA DE CÁMARA Y GOBIERNO DEL OBISPADO.

Los Señores de la Diócesis que se inscribieron como socios del Congreso Eucarístico de Lugo, pueden recoger en esta Secretaría el ejemplar correspondiente de La Crónica de dicho Congreso.

León, 18 de Octubre de 1897.—Dr. Adolfo Pérez Muñoz, Canónigo Secretario.

Artículo del Real Decreto y Regla de la Real Orden del Ministerio de Hacienda de 25 de Junio de 1897 sobre impuestos transitorios, que conviene conozcan los Rvdos. Curas y Vicarios de la Diócesis.

«Art. 5.º El recargo transitorio de 10 por 100 sobre la renta del Timbre del Estado se hará efectivo por medio de timbres especiales de los precios correspondientes á la cuantía de las clases de efectos sellados, exceptuándose el de 0'75 pesetas, cuyo recargo será de 8 céntimos.

Los Timbres de correos y Telégrafos de todas clases, los demás efectos de precio inferior á 50 céntimos y los timbres para la circulación de los títulos de la Deuda exterior y de Ultramar, quedan exceptuados del recargo especial.»

«El recargo transitorio de guerra sobre la renta del Timbre será de 10 por 100, y estará representado por timbres especiales de los precios correspondientes á la cuantía de las clases de efectos timbrados que están puestos á la venta exceptuándose el de 0'75 de peseta, cuyo recargo será de cinco céntimos.

Los timbres de correos y telégrafos en todas sus clases, y los demás efectos de precio inferior á 50 céntimos, quedan exentos de este recargo.

Los timbres del recargo transitorio se fijarán por los interesados en los respectivos documentos, al lado del timbre principal á que correspondan.

El recargo correspondiente á los reintegros que se satisfagan en papel de pagos al Estado, se determinará por la cantidad total á reintegrar, debiéndose fijar los timbres necesarios para formar el importe de dicho recargo en la parte inferior del pliego de mayor precio que debe unirse al expediente como comprobante, ó archivarse, según el caso.

Son aplicables á toda falta ú omisión, en el uso del timbre representativo de este recargo, las disposiciones de los artículos 184, 185, 188, 190, 191, 193 y 194 de la vigente ley del Timbre del Estado.»



CONGRESO EUCHARÍSTICO DE LUGO

Indulgencia plenaria concedida por S. S. León XIII á los fieles que ayuden á las Misas rezadas.


En la *Crónica del segundo Congreso Eucarístico español* celebrado en esta ciudad de Lugo á fines de Agosto del año último, se publica este importantísimo decreto de la Sagrada Congregación de Indulgencias:

Bme. Pater:—Salvator Casañas y Pagés, Card. Epus. Urgellen., ea qua decet reverentia et obsequio, S. V. expo-

nit: Oratorem praesidem fuisse Conventus Eucharistici Lucensis, vulgo *Congreso Eucaristico de Lugo*, in quo expressa fuere vota obtinendi a S. V. indulgentiam plenariam pro fidelibus saecularibus, qui certis vicibus in mense Sacrosancto Missae Sacrificio inserviant. Nunc autem ad conservandam vel de novo promovendam piissimam consuetudinem in tota pene Hispania tempore non longe praeterito vigentem qua saeculares etiam nobiles lectis Missis inserviebant, praefatam plenariam indulgentiam a S. V. hume implorat.

Et Deus.

SSmus. D. N. Ieo PP. XIII in audientia habita die 15 maii 1897 ab infrascripto Card. Praefecto S. C. Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae, benigne annuit pro gratia, ita ut fideles Ditiones Hispanicae, qui S. Missae Sacrificio vel quinquies in singulis anni mensibus, vel sexaginta per annum vicibus deservierint, lucrari valeant bis in anno diebus cujusque arbitrio eligendis, plenariam indulgentiam, dummodo hisce diebus vere poenitentes, confessi ac S. Synaxi refecti aliquandiu oraverint ad mentem Sanctitatis Suae Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus, Datum Romae. ex Secretaria ejusdem S. Cognis. die 15 maii 1897.
—Fr. Hieronymus M.^a Card. Gotti, Praef.—Locus † sigilli.
—A. Archiepus. Nicopolit., Secrius.



COLLATIONES MORALES PRO MENSE NOVEMBRIS

1.^a

Quid cognatio spiritualis et inter quos matrimonium dirimat. —An existat cognatio inter sacramenti ministrum et paternos, aut inter patrinum et matrinam. —Quid requiritur pro patrinis ut valide illud munus obeant ac impedimentum contrahant. —An ex dubia aut conditionata sacramenti co-

llatione oriatur cognatio.—An in Baptismo privato, tam minister quam patrinus impedimentum contrahant.—Quid impedimentum cognationis legalis.

Casus.

Antonius cum IX esset annorum, manibus puellam tenuit dum ab obstetrice baptizaretur: postea etiam ad Ecclesiam pro Baptismi ceremoniis suppleendis eam portavit patrini munus obire paratus: nomine Mariae de more puellae imposito ac interrogatus Antonius an esset baptizata, respondit. «baptizata est ab obstetrice in nomine Patris, Filii et Spiritus Sancti:» tunc parochus quia particula *et* praetermissa fuerat, sub conditione Mariam baptizavit. Elapso tempore Mariam Antonius ducere intendit; sed praemissis denuntiatio- nibus, ecce obstetris adest impedimentum cognationis spiri- tualis manifestans; sed parochus, quia haec ante pubertatem fuerant facta, obstetricis narrationem spernens, matrimonium celebrari permisit. An parochus recte egerit Baptismum ite- rando et obstetricis denuntiationem nihili faciendo. An matri- monium valide celebratum fuerit.

Quaestio liturgica.

¿In nuptiis quae secundae dicuntur, est omittenda an- nuli benedictio?

2.^a

Quid affinitas et quo jure matrimonium dirimat.—Quo- modo computantur gradus affinitatis et quibus in gradibus affinitas constituat impedimentum dirimens.—An ex copula in aetate puerili habita, oriatur affinitas.—An copula cum invita, ebria, amente impedimentum affinitatis inducere pos- sit.—An affinitas ex copula in matrimonio invalido orta etiam usque ad quartum gradum matrimonium dirimat.—Quid si affinitas post matrimonium initum oriatur.

Casus.

Claudius, Lucretiam propriae uxoris sororem vi oppresit carnale commercium cum ea habens: dum annuam confessionem apud parochum instituere, audit se privatum jure debitum petendi in poenam criminis esse: restitit dicens se talem poenam ignorasse, ac noluit media ad dispensationem obtinendam adhibere, quare sine absolute est dimissus. Interea defuncta uxore quacum etiam ante matrimonium peccaverat, Lucretiam ducere voluit et dispensationem ab impedimento affinitatis in primo gradu obtinuit: sed cum iterum apud eundem parochum, paulo ante matrimonii celebrationem confiteretur, audit matrimonium non posse adhuc valide celebrari, tum quia erat duplex affinitas, altera ex copula licita, altera ex illicita ante matrimonium, tum propter impedimentum «vis» ex Lucretiae oppressione, necnon propter impedimentum criminis ex adulterio. Quid de hujus parochi agendi ratione?

Quaestio liturgica.

Q Sponsi chirotecas deferentes, eas deponere debent antequam ad altare accedant?

3.

Quid impedimentum publicae honestatis. Quibus in gradibus publica honestas matrimonium dirimat.—An etiam invalidum matrimonium hoc impedimentum inducere possit.—An solutis sponsalibus aut etiam matrimonio, impedimentum cesset.—An semper Pontificia dispensatione hoc impedimentum auferri possit.—Quae sint crimina propter quae impedimentum dirimens statuitur.—Quae condiciones adesse debeant ut crimina impedimentum constituent.—An hoc impedimentum, ut adsit, cognitum esse debuerit delinquentibus cum crimen patrarent.

Casus.

Valentinus sponsalia cum Anna inivit sub conditione «nisi intra biennium ad militiam vocetur», sed elapso anno matrimonium cum Elisabeth Annae sorore contraxit: at cum haec, jam impleto biennio, cuidam Theologo amico narraret, audit «matrimonium nullum fuisse, tum propter impedimentum publicae honestatis ex sponsalibus, tum propter aliud impedimentum sibi sub sigillo confessionis notum». Quid ergo, ait Valentinus, nunc facere debeo?—Vel Annam vel Elisabeth potes eligere; sed neutram sine dispensatione; non Annam propter affinitatem, non Elisabeth propter publicam honestatem.—Affinitas non adest nondum enim Elisabeth cognovi.—Nihil tibi prodest; aderit etiam publica honestas ex matrimonio tantum rato proveniens. Quid de valore matrimonii Valentinum inter et Elisabeth? Quid de hujus Theologi doctrina? Quid Valentinio sualendum?

Quaestio liturgica.

Quo ordine collocari sponsi debent tum in ipso matrimoniali ritu peragendo, tum cum ad altare accedunt?

4.^a


Quid impedimentum clandestinitatis.—Quo jure et quando inductum sit. An in universa Ecclesiae vigeat.—Quinam dicatur proprius contrahentium parochus.—Quomodo domicilium, aut quasi-domicilium acquiratur.—Qualis esse debeat parochi et testium praesentia.—Quinam delegare possint et quomodo debeat esse delegatio ut alter Sacerdos valide matrimonio possit assistere. Quid impedimentum raptus.—An et quomodo differat ab impedimento «vis».

Casus.

Leonardus Titiam e parentum domo, ne matrimonium cum ea ab ipsis impediretur secum abstulit, et cum exteris regiones longo tempore peragrasset, in quodam oppido Leonardus inscriptionem in albo oppidi postulavit et vicinitatis schedulam obtinuit, Titiam ut ancillam secum habens, cumque ibi per integrum mensem commorasset, praemissis denuntiationibus, publice matrimonium contraxerunt, quo facto in patriam regressi sunt matrimonialem vitam agere parati; sed illius loci parochus, ut haec audivit, eorum separationem intentavit dicens nullum fuisse matrimonium, tum propter impedimentum raptus, tum ob clandestinitatis vitium. ¿Quid de matrimonii valore deque parochi agendi ratione?

Quaestio liturgica.

¿Sacerdotes nuptias benedictes stare debent tantummodo R. Ritualis rubricis, aut obtemperare praescriptis in Manuali Toletano, ab calcem Ritualis R. pro Hispaniae Ecclesiis exarato?



ADMINISTRACION DE CRUZADA

Han llegado á esta Administración los Sumarios para la próxima Predicación de 1898 y pueden los Sres. Arciprestes aprovechar la primera ocasión oportuna que se les presente para mandar recoger los que conceptúen necesarios para sus respectivos distritos.

A los Arciprestazgos que aun no han liquidado las cuentas de la Predicación de 1896 no se entregarán los sumarios para 1898 interin no satisfagan las limosnas que deben del referido año.

Los que quieran utilizar las vías férreas indicarán la Estación á donde se han de remitir las bulas. Los sobrantes de la Predicación de 1897 serán entregados á los Sres. Arciprestes por los encargados de distribuir las hasta el 15 de Diciembre próximo con la cuenta correspondiente, para que los Sres. Arciprestes puedan enviarlas á esta Administración y hacer sus liquidaciones en todo el mes de Enero próximo.

El día primero de Febrero, se levantará acta notarial de las bulas sobrantes de la Predicación de 1897 y practicada esta diligencia, es inútil remitir sumarios porque no se pueden admitir.

León, 19 de Octubre de 1897.—Domingo Argüeso.



Asociación de SUFRAGIOS MÚTUOS del Clero de la Diócesis.

Han manifestado por conducto de los Sres. Arciprestes de Cisneros, León y Loma de Saldaña, que desean pertenecer á la Asociación é ingresan en ella:

N.º 989.—Pérez D. Tomás, con obligación de aplicar *setenta y cinco misas*.

N.º 990.—Alonso D. Jesús, con id. id. *diez* id.

N.º 991.—Maestro D. Jerónimo con id. id. id. id.

N.º 992.—Iglesias D. Julio, dentro del 1.º año de su ordenación.

N.º 993.—Garzo D. Calixto, id. id. id.

León 19 de Octubre de 1897.—Dr. Adolfo Pérez Muñoz, Canónigo Secretario.